

& præsertim P. Layman. Quærum, quando certum est maximam fuisse decoctionem: & tunc si maior fuerit aquæ quantitas immissa, & potio sit liquida, & ita potio visualis, tenet contra plures idem quod circa casum præcedentem, fauenteribus PP. Lessio, Coninck, & Castropalo. Quintum, auctoritate P. Coninck & Palai (& addi porest Lezana de iure carnium cum aliis locutus Tomo 3. v. Baptismus num. 11. sed Leander Tomo 1. Tract. 2. Diffus. 2. Quæst. 9. & 18. contrarium videtur iudicare) idem tenet, etiam ob spissitudinem rationem visualis potius amiserit, quia probabiliter credi potest esse ibi aquam Quia extrema pauperum necessitas cogit extrema quaque tentare, vt loquitur P. Coninck. Quæst. 66. Artic. 4. n. 23. Sic ille philosophatus non improbabiliter, vt putat. Et quidem stante probabilitate in iuscule & cerevisia crassis & multum decoctis, de quibus duo præfati Auctores loquuntur, in potionē Chocolaticā non est specialis difficultas, sicut in qualibet alia simili. Et ita idem, & potior ratio ne potest de Chico, familiari Indis poculo ex Mazio confecto, Sydrome, vulgo Aloja, & Guatapo, de quo in Thesauro, & aliis. Vbi non prætereundem nimis esse rigidam Pasqualigo sententiam, de qua Decis. 77. negantis posse in necessitate aquis ex floribus expressis vnguam baptizari. Cum & ipse admittat fieri posse humore fluitante ex arboribus Decis. 78. & iure-carnum Decis. 79. Circa quæ videri etiam potest Leander Quæst. 8. 14. & 15. aduersans Pasqualigo.

319. Et vt de potionē dicta agentes frequentissimam de ieiunio quæstionem cursim attingamus, quam & connectit Auctor Quæst. 98. tit. censet ille num. 132. apud Indos certum esse non frangere ieiunium, quia est visualis: & apud Hispanos idem afferendum, ex multis, quos citat ibidem, sine refectione proponit contra Pasqualigum in Praxi ieiunij Decis. 141. quem mirari iuvat circa hoc scrupulosius hæfisse, vbi tot suffragantur Auctores, solitus in ea materiâ sine ducibus minus securè procedere. Maiorem difficultatem inuenit num. 133. in iis Provinciis, in quibus non est potionis huiusmodi consuetudo, neque vt potus visualis habetur. Et cum multis negantes adlegit, contrarium statuit pro Italia, Germania, & Gallia, eo fundamento, quod pro Baptismo ex eodem adductum. Sed certè illud valde dubium est, quia si decoctione sit facta non leuis, multi, vt vidimus, negant validam esse materiam, & tamen est potus, qui eodem modo fieri potest apud omnes nationes: non est ergo firmum fundamentum illud. Sed circa hoc non est cur diutius hæreamus, cum potio ista adeò generali sit plausu ut probabilitate licita iam admissa, bonis adstipulantibus Auctoriis, vt omnino inutile fuerit, & forsitan etiam perniciuum, scrupulum fide bonâ operantibus inieccisse. Vnde P. Michaël Palain Hieronymianus in Commentariis ad Euangelium Quadragesima, Dominica 1. num. 58. cùm ita scripsisset: Aliqui ut inediā non sentiant, sorbitum Chocolata ex Indiarum nucibus pinguisimis, saccharo, & si placet, quis conficiunt, autem tantum nec frangere ieiunium, & quod impasti remanent, ac ante illius sorbitum. Ieiunium frangii secundum Laurentium à Ponte, quia omnia ingredientia (quam demo) sunt solidâ essen-

tialiter: ne dixeris esse liquida, & transire in natürâ potus. Experiens enim reperi post horas separationem rerum fieri, & præter saccharum in fundo omnia decidere. Vnde ergo non soluitur ieiunium? Mentione si hanc sorbitumcula non adumbrat, quod dixit Pater Hieronymus ad Nepotianum: Audio præterea quosdam contra hominum, rerumque naturam, aquam non bibere, nec vesci pane, sed sorbitumculas delicas, & contraria olera betarumque succum, non calice forbere, sed conchâ. Dicamus Xicara Hispanie, ita illa pro pane & aqua. At nostri ieiunatores præter aquam & panem, & delicatissimos cibos, illa vivuntur. Idem induco de Misjula. Cùm inquinat ita scripsisset, sic concludit: Non andeo tamen dannare contumiam, quam tennere Antolinez, Basilius Pontius, & Cornejo, qui dicunt esse potum visualis & sic ieiunium non frangere. Videndum Diana 4. p. Tract. 4. Refol. 196. Hec ille. Et eodem modo quæstionem dirimit P. Tamburinus in Decalogum Lib. 4. Cap. 5. §. 2. numer. 13. Pro quo & Bossius Tomo 3. Tit. 21. numer. 208.

Circa Titulum XVII. de Parochis Religiosis.

320. D E illis Auctor Quæst. 98. §. 37. & in eo Pontificum concessiones pro eo munere congerit. Quærit autem Primò numer. 234. an Religiosi non habentes in India Provincialem, à Generali tamen missi, Parochi esse possint, iuxta prædictas concessiones? Et affirmat resolutum contra Fr. Emmanuelem Tomo 1. q. regul. quæst. 35. artic. 1. & 3. Certè vt id fieri possit, non tamen expedit, nec practicatum vidimus, nisi temporaria administratione in absentia Parochorum, aut eorum adiutorio. Non enim habent Prælatorum Regularum, à quo & de vita & de moribus visuntur, neque expedit à Prælatis aliis de huiuscmodi visitari, quod & cautum Regis legibus.

321. Secundò numer. 235. An Capitulum Provinciale Indiarum possit committere Fratribus alterius Provinciæ curam Parochiale Indorum? Et affirmat contra Fr. Emmanuelem supra Artic. 4. P. Sancium Lib. 3. de Marim. Diffus. 26. num. 4. & P. Pellizaritum Tomo 2. Tract. 8. num. 356. quia licet Fratres tales non sint subditi, dum in suis Provinciis sunt; vbi tamen cum licentia suorum Prælatorum in Indias tendant, earum sunt Provincialibus subiecti, & ita pro eo tempore possunt ad Parochiale munus destinari. Sic enim verificatur illud, Vis de Superiorum suorum licentia, quod à Pio V. est positum. Et est illud verosimile, si Religiosi tales lingua Indianam calleant, quod erit rarum in iis, qui reveri contendunt in Indias, nec tam Indorum salutem, quam propria emolumenta credi possunt quæsturit.

322. Tertiò num. 236. Quis sit sensus verborum illorum Pij V. In locis assignandis? In quo, quidquid alijs fuerit, ad proxim pro Indianum præsentis statu stabilitam, & à Dom. Solorzano propositam, se remittit.

Quarto numer. 237. an possit vir grauis fieri Parochus lingua Indicæ ignarus, coadiutore ipsi lingua perito designato? Quod negat, &

cum

cum alijs, quos citat, talem detestatur abusum, Regis etiam rescriptis improbatum. Vbi & collationem esse nullam cum alijs ibidem citatis affirmit.

323. Quintò numer. 239. & 241. An Rex possit inuito Episcopo, aut eo irrequiso, assignare Parochos aliquos Religiosos? Et assertum cum Fr. Emmanuel supra Artic. 2. vbi & Regem esse Pontificis delegatum, & ita posse etiam Religiosum ex Indiis anocare, de quo n. 240.

Sexto numer. 242. revocationem privilegiorum factam à Pio V. contra Regulares non comprehendere ea, que sunt pro partibus infidelium.

Septimò circa visitationem Parochorum adducit quæ apud Dom. Solorzanum deprehendit num. 243. & seqq.

Octauo, esse verè Parochos, ut apud eundem

Nond, semel examinatum debere iterum examinari in Peruuo. Sic n. 256. ex eodem.

324. Decimò, Si Clerici sæcularis sint, qui bene administrent, conueniens futurum ut Religiosi Parochias dimittant, secus si necessarij centantur. Statuitque generaliter loquendo melius administrare, cum eodem fere locutus & citatis ab ipso num. 257. & seqq. & hoc ultimum confirmans sic arguit num. 260. Tertio, quia Indi Sacerdotes sæcularis raro inueniuntur pari scientia prædicti ac Religiosi; præfertum cum Indi sint obtusi ingenij: Regulares vero Europæ plerunque doctissimi. Sic ille, grauiter in eo lapus, quod natos in Indiis Indos vocat, cum Hispani sint Hispanis prognati parentibus. Et deinde obtuti eos ingenij insimulat, cum acutissimi, & perspicacissimi, omniue litterarum genere instruti, magnâ in copia reperiantur. Pro quo legere potuit Dom. Solorzanum Tomo 2. Lib. 1. Cap. 28. num. 22. & seqq. eodem certe Capite, ex quo eum citat, vt quasi inconsequenter locutum immeritissimo reprehendat: ait enim vers. ultimo sic: Miror ergo Solorzanum de Iure Indiarum Tomo 2. Lib. 3. Cap. 16. num. 68. afferere se consuluisse Regi ut Parochie sensim auferentur e Religiosis, & huiusmodi Mularis Præbyteris tradenter. Miror sane cum oblitum eorum, qua de prauis moribus Mæstizorum scriperat Tomo 2. Lib. 1. Cap. 28. Sed merito prudentissimus ac Piusissimus Rex prauum viri consilium fecisse non est, ut ipse met scribit, sed præcepit innonari. Sic ille.

325. Vbi mirari Nobis potius licet virum alias diligenter ex incuriosa lectione aut intelligentia ita grauiter cecidisse. Numquâ enim Dom. Solorzano in mentem venit ut Parochia Indicæ Mularis & Mæstizis tradenter, quos probè cognitos habebat, & suis depinxerat ipse coloribus: sed vt darentur Clericis sæcularibus. Et ego quoque C verba illius sunt. citat. num. 68.) Cùm in Lima Cancellaria Auditoris munus exerceret, & illa per Schedulam Ann. 1618. rogata esset quid super hoc articulo censerem, cum omnibus fere eiusdem Audientie Collegis pro Sacerdotibus sæcularibus consulut: & Pro regis, atque ipsorum Collegarum consensu propria manu epistolam ad Regum Senatum Indianum scripsi &c. An hoc est Mularis & Mæstizis dandas censiisse Doctrinas? An hoc prauum consilium, quod & Auctor dicitus Assert. 1. num. 257. & 258. probat, dum P. Acostani, & Episcopum Paraqua-

Theſauri Indicæ Tom. II.

riensem adducit, idem luctulentissime comprobantes, & apertas conuenientias ostendentes? Nec dici potest, vt ille ait, sapientiæ esse tales, id enim omnino à vero abest. Mulatus nullus, Mæstizi perpauci in magna copia Sacerdotum. An superstites sit hic Auctor nescio: si tamen fuerit, optandum vt quod hic dictum, sicut alia, de quibus in fine Operis, ingenua recognitione retrahet. Sin minus, hac nostra poterunt victimæ sufficere, si digna fuerint, vt ad communem usum expromantur.

326. Undecimò ex nam. 265. & seqq. ea quæ Parochi, cùm ad Monasterium redeunt, secum deferunt, statim feci Monasterij, etiam iure communi attento, sicut & ea, que morienti suspirant, quia sub obedientia viuant, & in clastro degere reputantur, ex concessione Clementis VIII. Et quidquid de iure communi sit, illos non posse de superfluis sustentacioni disponere, sed (iuxta Prælatorum placitum sic enim intelligendum) dispensanda in Monasteriorum commodum, iuxta Regias schedules: quæ ex Dom. Solorzano habet num. 271. Si autem in Civitate aut Provinçia, in qua moratur Religiosus Doctrinarius, nullum sit Monasterium, neque ciuidem Ordinis Religiosus: tunc ait quod in vita poterit expendere pro libito in usus pios, neque requiritur licentia Superioris Regularis. Stipendia vero remanentia po t mortem spectabunt ad Ecclesiam beneficiale, si nullus altius Religiosus eiusdem Ordinis in eâ Provinciâ sit. Vbi rogo, si Religiosus talis sit, cum ei tradenda stipendia, & non Ecclesiæ? An vt ipse, si egreditur? Bene quidem, sed si non egeat? Erit quidem vt Monasterio, à quo ille egredietur, aut alteri, iuxta dispensationem Provincialis, conseratur. Ut enim probat Dom. Solorzanus, magnis annuentibus vitis, relata à Religiosis non possunt vi spolia colligi, sicut Episcopalia &c. quia Monasteria acquirunt, ubiquecumque sint, etiam Apostaræ, vt videri potest citat. Lib. 3. Cap. 1. num. 101. & seqq. Iuxta hæc ergo videtur in causa prædictæ procedendum, nisi de Prælatorum voluntate aliter presumatur.

327. Dubio 31, ibidem latè ostendit donationem è Beneficiario factam ipso mortis die, esse validam, si animus fuit donandi inter viuos; & regulam Cancellaria habentem donationem factam intra viginti dies ante mortem esse nullam, fundari in præsumptione fraudis, & ita in conscientia non obligare. Videatur ille, multa enim utilia congerit de legibus huiusmodi.

328. Dubio 32. inquit an Patrochi dicti possint matrimonio iungere non incolas & vagos? Et de vagis affirmat, sed Episcopum consulendum, contra aliquos probabilitate loquentes, & circa hoc consuetudinem attendendam. Ita, transientes, qui in patria parent Parochio, & possunt sine illo contrahere, adhibitis tantum duabus testibus: et si ibidem non sit Consilium publicatum, valide contrahere sine illis, sed non licet. Apud Indos certè non sit publicatio Tridentini sub iis terminis, sed prohibito Ecclesiæ eisdem intimatur: quæ si defuerit, iuri eorum proprio non repugnant naturæ contractus standum: expediet autem matrimonium revalidari, in quo erit difficultas nulla. Adeisse Parochum

PPP 5 tunis

tunc censeri, quando adest Religiosus, qui ex priuilegio potest Parochialia exercere, & sine eo inualide contrahi generaliter statuit: & inualide etiam ignorantem, quando major fidelium pars scit esse Parochum, quia lex ligat ignorantes. Quod doctrina circa Indos videtur fallere ob eorum ordinariae infidem & hebetudinem. Et proprium habentes Parochum non posse ad locum transire, in quo Parochus non est, ut ibi contrahant, declaratum à Sacra Congregatione. Indos etiam habentes proprium Parochum, absenteam tamen, non posse matrimonio iungere eo, qui illas transit, Parochi loci alterius eisdem assignati, concludit cum Veracruce, P. Sancio, & P. Pessizario.

329 *Quæst.* 227. probat Parochos in Indiis, sicut Evangelicos Ministrros, non peritis, sed voluntarii tantum eleemosynis & oblationibus vivere ex obligatione constringi. Sed aliud satis prouidè Regis est dispositionibus constitutum: licet firmum stare debet oblationes non spontaneas penitus relegandas, de quo à Nobis dictum.

Circa Appendicem *num.* 20. adducit Bullam Pauli V. de qua ibi, ut que viro habeat etiam modo. *Quæst.* 98. *num.* 111.

Circa Titulum XIX. & Cap. VI.

Ubi de potestate Capituli circa dispensationes cum illegitimis.

330 **I**d quod à Nobis ibi dictum, probat *Quæst.* 98. s. 14. Pij V. & Greg. XIII. Bullis adductis. & de Capitulo præfertim loquitur *numer.* 67. Et concludit omnia,

F I N I S.



INDEX

quæ circa dispensationes possunt Episcopi, etiam posse Capitulum.

Eodem §. quia de dispensatione est, hæc habet. *Primi* Regularis possit dispensare cum iis, qui excommunicati receperint Ordines, aut celebrantur. Ex Innocentio IV. *Secundi* idem posse cum male promotis, dummodo seruata talis formæ extiterit, per quam Ordines recipiunt. *Quod* perinde est ac dicere nihil ex substantialibus omnissum. *Tertii* idem posse circa alias irregularitates, in quibus solent Legati Sedis Apostolice dispensare. Et etiam in defectum talium, dummodo non sit ex adulterio, incesta, aut Regularium turpitudine. *Ex eodem*, *hunc* & *precedens*. *Quarto*, cum Schismatis & Apostolis à Religione, vel Clericali Ordine. *Ex eodem*. Et de Apostatis à Religione agit etiam §. 4. & n. 17. obseruat tales sic sponte venientes & abstulitos non esse puniendos, altoqui nullus fuor iis concederetur. Addit ex Clemente VIII. *num.* 18. & 19. alia circa eosdem, qui circa omnia dispensari possunt, & scelus scandalum celebrare, & Sacramenta, si in eo animarum comperiat utilitas, ministrare, & per tempus aliquod in habitu reassumpto sua Religionis extra Monasterium degere. Locum concessionis non indicat, sed est in Bulla pro PP. Discalceatis Carmelitanis *numer.* 16. Addit tandem *num.* 20. proficentem ad partes infidelium sine licentia Generalis apostolæ notam ipso iure incurrente. Ex eodem *num.* 19. Sed cum hoc non sit priuilegium, sed poena, ad Patres prædictos arcandum. Addere etiam poterat non ad omnes illos, sed ad solos Italicas Congregationis extendi. Et licentiam sufficere Commisarii eiusdem, de quo *num. citat.* Cense ergo Actor in favorabilibus esse communicationem: quod & Nos *supra*. Ut cum eodem pariter concludamus.

INDEX

ADDITIONVM


AD TOMVM POSTERIOREM

THESAVRI INDICI.

Numeri marginales hict tantum indicantur.

A

Absolutio.



B hæres ut licet pro perpetuū impeditis. 27. & seqq. & 291. ubi obseruatione digna.
Pro Regularibus. 125. & 290
Academia.
An gradus per sufficientiam dari queant, in eo dispensando. 143. & 144
Angradum Magisterij sine illa recipere sit mortale. 144
Actus.
Quando imperfectus qualiter excusat à paenit. 204
& seqq.

Angelus, Maria Verricelli.
An Clarium Additionum pro eodem, quia de Indicis Missionibus ex professo egit. 254. & seqq.
Annus.
In Bullis pro Indijs quomodo computandi. 1. & 2
Apostata.
Quid circa illos licet ex concessione Pontificia. 300

B

Baptismus.

Vide v. Sacramentum.

Benedictio.
Ornamentorum & vasorum ex priuilegio. 24. 283
& 284

Beneficiatus.
Ad ornatum Ecclesiæ tenetur. 106
De redditibus respondentibus ministerijs, pro obligatio-ne restitutio-nis. 115
Bulla Coenæ.

Excommunicatio pro venditione armorum quando incuratur. 309
Vide v. Hæres, & v. Inquisitio.

Bulla pro Indiis.

Vide v. Annus.

Bulla Pij V.
Pro Mendicantibus ut renovata. 51

C

Chocolata.

A Nfrangat ieiunium Ecclesiasticum.
Confessarius.
An pro eo unica sufficiat approbatio. 319
121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121

121